



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

6. An Capitulum Sede vacante possit exercere suam jurisdictionem, si
Episcopus ad aliam Ecclesiam translatur, adhuc non acceperit
possessionem? Ex quo infertur, quod statim, Episcopo translato, non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

RESOL. IV.

An Capitulum Sede Vacante succedat in iurisdictione. Episcopi competentis ex consuetudine. Ex part. 8. tit. 4. Rel. 8.

§. 1. Succedere respondet Molina de Instit. tom. 6. §. 1. Iracul. 5. disputat. 11. num. 10. vbi probat, quod si iurisdictione aliqua competat ex consuetudine Episcopo, in ea succedit Capitulum Sede vacante: quoniam accessorium ex consuetudine comparatum, gradum ac naturam sortitur principalis. Ita Paternus ubi supra, vers. decimo, cum collectario, & Sylvestro ubi supra, num. 4. Et hanc sententiam tenet etiam Merulla cons. 2. §. 7. cap. 7. sub. l. m. 11. & Azorius part. 2. lib. 3. cap. 39. quasi 7.

RESOL. V.

An Capitulum Sede Vacante in aliis casibus prater mortem Episcopi succedat in eius iurisdictione, siue depositione, siue translatione ad aliam Ecclesiam, siue Episcopus captus sit à Paganis, vel Schismaticis, aut Hæreticis, quouque captiuitas persenerat? Et difficultas est, an si Episcopo existente in remotis, moriatur Vicarius, succedat in tali casu Capitulum in eius iurisdictione, ita ut possit eligere Vicarium? Ex p. d. a. Rel. 4.

§. 1. Respondeo potestatem Capituli, quoad iurisdictionem Episcopi procedere, siue vacet Sedes morte naturali Episcopi, siue depositione, vel translatione ad aliam Ecclesiam, nisi summus Pontifex de alio prouideret, qui eam Ecclesiam administraret. Ita gloss. in cap. si Episcopus de sup. negl. Pralat. verb. Mortem, & alij communiter.

1. Idem dicendum est, si Episcopus captus esset à Paganis, vel Schismaticis, quouque captiuitas persenerat, ut habetur in dicto cap. si Episcopus, & idem dicit gloss. ibi, verb. Paganis, si captus esset ab hæreticis, quia militat eadem ratio textus, quod, scilicet, captus à Paganis, videtur effici seruus, ut colligitur ex textu, ubi, Liberati restitui, & fingitur mortuus ciuilem, ut ait gloss. ibi, vers. Nota primo, & sic habemus hic casum, in quo mors ciuilem æquiparatur naturali. Vnde Monerani de commut. vltim. volunt. cap. 5. num. 429.

3. Sed difficultas est, an si Episcopo existente in remotis, moriatur Vicarius, succedat in tali casu Capitulum in eius iurisdictione. Mihi placet opinio affirmatiua, & ratio est, quia longa absentia æquiparatur morti, ut docent Cardin. in Clem. vnic. q. 18. in fin. §. Vicar. Bonifac. in Clement. 1. §. volumus quasi 5. de foro competent. & ille dicitur esse in remotis, cuius presentia in breui haberi non potest, cap. vnic. §. fin. vbi Gemine Sede vacante, lib. 6. & facit gloss. in cap. tam nullas, verb. remotis, de tempor. ordin. lib. 6. & hanc opinionem tenent Stephanus Quarant. in summa Bullar. verb. Auctoritas Archiepiscopi, num. 21. & Prosper de Augustin. ibi, verb. Capitulum, numer. 12. vers. Duodecim dubitatur, in 1. edit. qui referunt, hoc in facti contingente seruatum fuisse Neapoli, tempore, quo bonæ memoriæ Annibal de Capua, Archiepiscopus Neapolitanus existerat in Polonia Legatus summi Pontificis. Eandem opinionem secutus est Moneta de commut. vltim. volunt. cap. 5. num. 418. & videtur aptè tenere Grassius tom. 2. cons. tit. de vlt. volunt. l. num. 4. vbi ait, Capitulum, absente Episcopo posse eligere Vicarium.

Sed cum ex doctrina superius generaliter iam oriuntur plures casus in particulari, idco illos indiuidualiter tractando. Quæritur.

RESOL. VI.

An Capitulum Sede Vacante possit exercere suam iurisdictionem, si Episcopus ad aliam Ecclesiam translatus adhuc non acceperit iurisdictionem? Ex quo inferitur, quod statim, Episcopo translato, non tenentur gesta Vicarij post translationem, etiam ab eo ignoratam. Ex p. 8. tit. 4. Rel. 33.

§. 1. Respondeo in hanc quæstionem latè petra-Quoad hoc lege infra. §. 7. lib. 3. c. 13. num. 77. & seqq. vbi rectè obseruat plures existimare posse Episcopum translatum etiam si suæ translationis, per Romanum Pontificem admittat, notitiam habuerit, imò & Bullas iam receperit, continuare iurisdictionem, & administrationem prioris Ecclesie per se, vel per suum Vicarium, quouque ad secundam peruenerit, eiusque possessionem virtute litterarum Apostolicarum acceperit, neque ante prioris Sedis vacationem induci, quia nec propriè eouque translatus esse videtur, ut constat ex gloss. in edicto c. si quis translatus, cap. cum in cunctis. §. cum verò, de elect. Hostiens. in cap. olim, el. 1. de rest. spol. Felin. conf. 40. col. 1. & in cap. eam te, de rescriptis, num. 8. vers. & dicitur translatus. Roman. cons. 345. num. 17. Ioan. Monach. & Philipp. Probus, qui ad partes quæstionem examinat, in cap. generali, post num. 10. de elect. lib. 6. Rebuff. in praxi tit. de deuolution. num. 70. Hojeda, Azor, Parlador. & alij, quos refert Nicol. Garzia dicto cap. 6. num. 40. subiiciens num. 4. hanc opinionem in Hispania frequentius de consuetudine seruari, quia quamuis Episcopi ex die translationis per Pontificem approbatæ, non faciant suos fructus primæ Ecclesie sed secundæ, neque possint prouidere de beneficiis in illa vacantibus, administrant tamè, & iurisdictionem exercent in ea, & in eius possessione permanent, donec possessionem secundi Episcopatus adipiscantur, vel promotus ad primum, possessionem eius capiat, & pro hoc aliqua exempla adducit, & à supremo Cameræ Concilio dari solere prouisiones inquit vt non ante in prima Ecclesia Sedes Vacans publicetur, quam in secunda esset accepta possessio.

2. Sed puto non esse recedendum à contraria sententiâ, & sic quod primus Episcopatus statim vacet per translationem ad secundum, & absolutionem à primo factam à Papa, accedente ipsius translati consensu, etiam non adepta possessione secundi, tenet, post alios Abb. in cap. fin. num. 13. de postul. Pralat. & latius cons. 10. vol. 2. Panuin. q. prelud. vlt. num. 7. & 2. part. quasi 8. num. 30. Gregorius Lopez in lib. 3. tit. 16. part. 1. gloss. penult. Mandolius de signat. gratia, 1098. & plures alij, quos refert Mascard. omnino videndus, de probation. concl. 183. num. 11. & 33. ibi. Prior opinio locum habet in beneficiis & dignitatibus maioribus, vt in Episcopatu, qui etiam sine ademptione possessionis secundi Episcopatus, per simplicem translationem supra dictam, vacare dicitur, & Nicol. Garcia dicto cap. 6. num. 39. & vltra eos Calderin. cons. 10. de sent. & re iudic. vbi multum in nostris terminis ait: Sententiam latam per Vicarium translato, non valere, quia ab eo dicitur abdicata potestas, & hoc habere locum, quamuis idem Vicarius esset ignarus translationis, Ioan. Andr. Ægid. Crem. Ioan. Monach. Philipp. Probus, & alij in c. quod ob gratiam de regulis iuris, in 6. Cæsar. Ottinell. in tract. fruct. Eccles. post translat. percip. Stephan. Gratian. omnino

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF
TORONTO

quod videndus dicitur cap. 296. num. 17. & seqq. vbi inquit, nihil referre, quod consensus Episcopi precedat, vel sequatur abolutionem factam à Papa à vinculo, quo primæ Ecclesiæ tenebatur, vel quod apprehensa fuerit possessio, vel non. Et vox n. 19. subdit: Ex quo sequitur quod statim Episcopo translato, non tenent gesta Vicarij post translationem, etiam ab eo ignoratam, cum enim, vt dictum est, sit abdicata Episcopo omnis potestas, non operatur scientia, aut ignorantia Vicarij. Nam ipso facto, quando Episcopus est translatus, expirat officium Vicarij, abique alia certo ratione, &c. Scipio Rouritus consil. 32. num. 2. & 4. vol. 2. Dom. Valenzuela, qui eos refert, & sequitur, dist. consil. 190. num. 10. & 11. & nouissime Iulius Laborius in varijs lucubratis. tit. 4. de elect. Canon. cap. 25. num. 17. vbi expressè tenet, quod si Episcopus transferatur de vna Ecclesia ad aliam, prima dicitur vacare statim, ac ab illius vinculo absoluitur in Consistorio Sanctitatis suæ, etiam quod non sint expeditæ litteræ, nec capta possessio. Vide etiam Alzedum in praxi part. 1. c. 3. num. 91.

3. Et omnia supradicta etiam obseruat Machadus de Perf. Confess. tom. 2. lib. 4. part. 4. tract. 1. da cum. 5. num. 3. cuius verba libenter transcribam; sic itaque ait: La primera question es quando el Obispo fue promovido de su Iglesia, y se le despacharon las Bulas, si antes de tomar possession de la segunda Iglesia, se diga bauer vacado, y quedat en Sede vacante la primera. Esta question es tan reñida, que viene a ser comun contra comun. La parte afirmativa de que la Iglesia primera no queda en tal caso en Sede vacante, descenden vna glosa, y otros muchos, y que puede el Obispo continuar su jurisdiccion por si, o por su Vicario, to lo el tiempo que tardare en tomar la possession del segundo Obispado. T. Nicolao Garcia afirma que en España se obserua, frequentemente esta opinion por costumbre, de que trae algunos exemplos, y assi mismo afirma, que en tales casos se suelen despachar en el consejo supremo de Camera Provisiones para que en la primera Iglesia no se publique Sede vacante, hasta que en la segunda tome la possession el Obispo promovido. La contraria tiene, y prouera doña, y latamente el Doctor Solorzano con otros muchos à quienes refiere, y sigue; fundarse en que la Iglesia vaca luego que, ab illius vinculo absoluitur in Consistorio Romani Pontificis, etiamsi non sint expedita littera, vel capta possessio. T. sic cierto lo que refiere Alzedo, que ha tenido noticia por relacion de varones grauissimos que se ha despachado Breue, en el qual se prohibe à los Obispos promovidos administrar, o exercer qualquiera cosa en su Obispado despues que tuvieron noticia de su promotion, cessarian las dudas, y pleitos que sobre este punto se ofrecen cada dia. Sic ille: vnde ego sententiæ Solorzani, & aliorum libenter adharco.

RESOL. VII.

An Capitulum Sede Vacante possit exercere iurisdictionem in personas secularis, quando Episcopus habebat potestatem temporalem.

Et in supradicto casu, an possit exercere per alios iurisdictionem in criminalibus absque metu irregularitatis? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 16.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue cum Merolla tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 1. num. 9. qui citat Panvium, & Prosperum de Hugolino, quibus ego addo Rodriguez in summa tom. 1. cap. 71. num. 2. vbi sic ait: El Cabildo Sede Vacante en quanto succede al

Obispo, no es inferior à el, sino yqual, pues segun de derecho tiene la misma autoridad, como subrogado, assi lo prouea Iacobo Esbroz, y sucede pleno iure en toda su jurisdiccion, assi espiritual como temporal, como consta del derecho y lo prouea Federico de Senis. Aunque para exercer lo da el Obispo, pues succede a el como yqual, y la puede exercer assi en las personas Ecclesiasticas, como en las seculares, quando el Obispo no solamente tiene potestad Episcopal, mas aun jurisdiccion temporal pudiendo conocer de las causas que se mueuen, y pleycan entre las personas seculares de su Diocesi, como segun derecho la pueden tener; la qual, quanto à lo criminal suele segun derecho, exercer por otros sin temor de irregularidad como lo prouea Parvino, y puede exercer la dicha jurisdiccion contra cada vno de los capitulares aunque sean, Dean y Preposito del dicho Cabildo, como la prouea con la comun Navarro. Ita ille.

2. Igitur potest Capitulum Sede Vacante, exercere suam iurisdictionem tam in personas Ecclesiasticas quam seculares, quando scilicet, Episcopus defunctus præter Episcopalem, habebat etiam temporalem iurisdictionem, ita vt possit cognoscere de causis, quæ mouentur inter laicos suæ Diocesis argum. tex. in cap. conquestus, de foro compet. & in cap. Romana §. debet, de appell. lib. 6. quam in criminalibus per alios exercere solet absque periculo irregularitatis, capit. fin. ne Clerici, vel monachi in 6.

RESOL. VIII.

An capituli Sede Vacante prima instantia censentur præseruata à Concilio Trid. sess. 24. cap. 20. de Reformat? Ex p. 8. tract. 4. Ref. 21.

§. 1. **A**ffirmatiue respondeo cum Salgado de exam. Bull. part. 2. cap. 4. num. 23. vbi sic ait: Inferitur, insuper Ordinarij appellatione in materia collationis, non solum venire Episcopum, sed etiam alium inferiorem Prælatum, qui conferrandi potestatem habet vt per Rebuffum in concordia. tit. de collation. §. prefatio Ordinarij. verbo, Ordinarij collatores. Flaminius Parisius de resignat. lib. 8. quest. 9. num. 27. Nicolaus Garcia de benef. 5. part. cap. 4. num. 2. Barbosa de appellation. verbor. vtriusque que iur. & cap. appellatio 177. num. 4. qui num. 3. dicit Ordinarij appellatione venire Priorem sancti Ioannis Hierosolymitani, vt censuit Rota decis. 493. in 5. part. 2. recent.

2. Hinc etiam fit, vt Capitulum, Sede Vacante, cum succedat in iurisdictione ordinaria, & etiam voluntaria in omnibus Decretis, & dispositionibus loquentibus de Ordinarij, ipsum etiam comprehendit, probant post alios Thom. Sanchez de matrimon. lib. 3. disp. 19. num. 3. & 4. communem affirmans, quem sequitur Ioannes Gutierrez de matrimon. c. 66. num. 13. & in terminis, vt eiusdem Capituli, Sede Vacante præseruata intelligatur prima instantia, ex dicto c. 20. Trident. Ita Salgadus, qui citat Riccium in decis. Cur. Archiepisc. part. 4. decis. 273. n. 7. Nouarium, & Barbolam, quibus ego addo Merollam tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 1. n. 42. vbi sic ait: deducitur, posse capitulum, Sede vacante, cognoscere causas, in prima instantia, ita vt non possit alius iudex Romanæ Curie cognoscere de eis in prima instantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes à suis domicilijs. Ratio est, quia hoc priuilegium iure ordinario habent Episcopi, vt patet ex Concilio Tridentino sess. 24. de reformat. c. 20. quibus succedit Capitulum. Ita ille, & ego.

RESOL.